

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Christus q
cum fonte primo

Mors Christi a morte, uita ab errore, a peccato gracia liberauit. Et quidem mors per iusticiam suam peregit uictoriam quia iustus exsoluendo que non rapuit.

Vita per sapienciam documentum discipline adimpleuit;

gracia ex illa potestate peccata remisit que omnia quecumque uoluit fecit.

Bernardus de noua milicia.

Mors igitur a morte, uita ab errore, a peccato gracia liberavit. Et quidem mors per iustitiam suam peregit uictoriam, quia iustus, exsoluendo quae non rapuit, iure omnino, quod amiserat, recepit. Vita vero, quod ad se pertinuit, per sapientiam adimpleuit, quae nobis vitae et disciplinae documentum ac speculum exstitit. Porro gracia ex illa, ut dictum est, potestate peccata remisit, qua omnia, quaecumque uoluit, fecit.

Bernardus Claraeuallensis, *Liber ad milites templi de laude nouae militiae*, 27 (SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.235, ll.13-19).